

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum**

**Fecht, Johann**

**Francofurti et Spirae, 1684**

**VD17 VD17 3:315948Z**

XVIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-122751)

sich noch länger werden bedencken. Justus es Domine & justa judicia tua. Ratum Ulmæ, Dominica Trinitatis. Anno 80.

R. D. T.

*Studioff.*

Ludovicus Rabus, D.

miser Ulmenfis plebanus.



XVIII.


*Te & uxorem*

*Reverende & Clarissime Domine Doctor.*

Qui has tibi meas adfert literas, Chilianus Freymüller, Hallensis, Evangelii causa exulat, & in Styria, propter Jesuitarum insidias & cruenta consilia, locum habere non potest, qui in nostro etiam Ducatu, ei negatus est, cum Illustriss. noster Princeps, magnum numerum beneficiariorum aliat, & nunc in Stipendio habeat Magistros 70. omnes idoneos ad functionem Ecclesiasticam. Subsidium tamen dedit ad menses octo, singulis nempe septimanis coronatum, pro se & uxore. Ad vos ergo Argentoratum proficiscitur, in spem conditionis minimè dubiam erectus, cum intellexerit, multos exules, à T. R. D. hætenus præclare esse promotos. Est autem vir doctus & morum gravitate ornatus, quem (licet non audierim concionantem) syncerum in Artic. Fidei & satis facundum esse, ex crebro colloquio mecum habito, facile colligere possum. Vixit apud nos innocentissimè, ut non dubitem, cum professionem morum integritate exornaturum, & in agnita veritate Evangelii perseveraturum esse, cum aliquot specimina constantiæ dederit. Oro ego majorem in modum, ut Exuli dignissimo commiseratione, consilio & auxilio adsis, eumque promoveas, si quem pro ipso habueris locum, vel in vicinia, vel locis remotioribus. Nobis non voluntas, sed occasiones eum promovendi desunt, quia nonnulli Principes, ad quos hætenus nostros misimus, infecti Calvinismo, aut ut rectius scribam, Philippismo, nostras commendationes parvifaciunt, imò eos, quos à nobis petierunt, ejiciunt. Quicquid beneficii in eum contuleris, in gratum erit collatum, quod pater cælestis largè remunerabitur, cum haustum gelidæ aquæ in nomine discipuli datum iterum acratum abire nolis,

nolit. Deus te Ecclesiæ & Scholæ saluum ac incolumen conservare velit.  
D. D. Pappo & D. M. Floro, meam salutem ut dicas, officiosè peto.  
Ex Tubinga, 28. Junii, Anno 80.

Joannes Brentius, D.



XIX.

**S** Quo loco sint, Reverende vir, res N. Boxleri, Pastoris olim Wissenlo-  
chenensis, haud te ignorare arbitror. Condolemus ei ex animo propter in-  
gentem miseriam & calamitatem, in quam incidit, nescio quo fato (ut ita lo-  
quar) impertivimus itaque ei literas Intercessorias, quas unà & Studtgardiani  
& Tubingenses Theologi, qui hisce diebus, unà ante discessum nostri Cancellari-  
rii, Bebenhulæ fuimus, quid simus impetraturi, dies docebit. Jam, ut ejus-  
modi homines, animo ægri, omnia graviter accipiunt, altera hæc videtur sub-  
sequuta calamitas, quod filius, qui has ad te perferet literas, repulsam passus est  
in Stipendio Martiniano nostrate. Verum id non ob adolescentis ruditate-  
m, aut imperitiam factum est, satisfecit enim nobis pro ratione ætatis: Sed  
legibus & statutis, quibus jubemur severissime, doctissimos recipere. Habuit  
autem competitors plurimos, & quidem in hoc numero Baccalaureos octo,  
quorum unus tantum est receptus, reliquis repulsam patientibus. Petiit itaque  
à me perturbatissimus pater, ut filiolum tibi commendarem, quo tuo con-  
silio, autoritate & auxilio alicubi apud vosei prospiciatur, ne studia foeliciter  
cæpta deserere in medio quasi cursu cogatur, quo nihil utriusque tristius accide-  
re posset. Quare rogatus rogo, nec verba plura faciam, cum & te miseriam  
horum intelligere sciam, teque pro tuo amore erga studia, & affectu erga ad-  
flictos, juvare velle minime dubitem, & juvare etiam eo loci posse non igno-  
rem, nec meis literis tibi occupatissimo molestiam creare velim. Vale  
in Christo, quem ut te Ecclesiæ quam diutissime conserve, toto pectore oro.  
Datæ Tubing, Calend. Julii, Ao. 80.

T. T.

Jacobus Heerbrand, D.

XX.

*Salutem à Filio DEI. Reverende Dn. D. spectabilis Decani, Collega honorande.*

**L**Egi Epistolam Reverendo Dn. parenti inscriptam, eamque per omnia pro-  
bo. Ego nihil magis in vobis habeo, quam ut Illustrii. Elector masculæ  
K k k k

se